

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

De crucipendentia Domini Iesu. Theorem. XXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

DE CRUCIPENDENTIA DOMINI IESV.
Theorema XXVI.

ARGUMENTVM.

Christus qui ministros suos Iudeorum reges, eosque qui sui typum & figuram gerebant, varijs extulit dignitatibus atque honoribus: ipse tamen qui veritas est atque dominus omnium, afflictionibus, doloribus, anxietibus, opprobijs, derisionibus & ærumnis innumeris afficitur propter nos, dum nimium nos diligit.

IESUS VT AB OMNIBUS CVM INTERNIS,
tum externis queratur se consolationibus derelictum.

Concio X XVI.

Egredimini nunc filii Hierusalem, & videte regem Salomonem in diademeate, Cant. 3. 1. 2. 3. quo coronauit eum mater sua in die desponsationis eius & in die letitie cordis illius. Juxta literam haud dubium est, de Salomone olim Iudeorum rege, hoc dictum esse, qui dictus est rex pacificus, quoniam bella nulla gesit. Verum magis congrue intelliguntur de Domino nostro Iesu Christo, qui à matre sua nouerca, hoc est, synagoga Iudeorum spinis est coronatus: in die desponsationis eius. hoc est, quando sponsam sibi adoptauit Ecclesiam: & in die letitie cordis illius, quando inter omnia tormenta & cruciatu[m] quæ tunc sensit, fuit illi dies illa dies letitiae, propterea quod hominum redemptionem quam summopere affectabat, & cuius gratia venerat: tunc operabatur & consummabat. Votum pacificus catur autem reuera pacificus, ut pote qui pacem non solum obseruauit, verum cur verè votum fecit, inter Deum Patrem & humanam naturam mediator hominum factus, quod vel tunc in cruce præsertim consummavit. Atque propterea nos invitandi ad compatiendum & ad gratias agendum, audimus: Egredimini filii Hierusalem, id est, animæ deuotæ, &c. Verum magna utrobiq[ue] intercedit differentia inter istum & nostrum Salomonem, inter figuram & rem: siquidem illic ad ea quæ gaudij sunt, hic ad ea quæ sunt mœroris, contemplanda inuitamus Nam Salomon ille rex terrenus, quanto honore, quanto gaudio, quanta vniuersi populi exultatione, gratulantiumq[ue] omnium lætabunda ad Deum gratiarum actione coronatus atq[ue] exaltatus sit in regem, quantumque gloria, potentia, diuitijs, imperio, familia, sapientia & delicijs omnes reges antecellerit, libri Regum & Paralipomenon testantur. Modo comparationem duntaxat faciamus ad paupertatem, opprobrium ac passionem Christi. Re 1. 2. 3. s. 1. 2. Rex Salomon adulteri & adulteræ fuit filius, non per adulterium natus, 2. Par 1. 2. sed quia adulterium eius parentes sociauerat, & coniugij illis præbuerat occ. 3. 4. &c. Paupertatis caucionem: & tamen delicate in palatio regio educabatur ad dominandum! Christi ad Dominus verò noster Iesus Christus, Dei & purissimæ Virginis filius, in manu Salomonis gna paupertate & asperitate viræ educabatur in exilio, ad seruendum. Salo-gloriam non vñctus, auroque diademate coronatus, cum magno applausu populi. ollatio.

Gg

intro-

LVI
13.

234 IOAN. LANSP. CARTHVS. THEOREM. XXVI.

introducitur ad sedendum in throno patris sui, qui alibi etiam thronus dicitur: Christus vero flagellatus, spinis coronatus & illitus, ignominio, dicitur, ad patibulumq; suspenditur crucis. Salomoni omnes blandiebant, & adulabantur, laudantes illum: Christus, nisi illudentium & in se furent, nullas audiuit voces. Salomoni cuncti reges vestes preciosas, vasa aurea, & lilia munera offerebant: adeo ut eius supplex omnis ex auro esset, argutumq; nullius precij reputaretur: Christo vero econtrariò vestis huma extrahit, nudus cruci, affigitur, cui etiam in extrema ac vehementissima fite non fuit qui vnam guttam aquae porrigeret: (quum tamen quicquid in habuit sanguinis, pro nobis effudit, ut ab eterna siti nos liberaret) propnauerunt autem fitienti myrratum vinum & acetum felle mixtum. Devoluptate sua Salomon ipse in Ecclesiastè loquitur, & ex alijs scripturis constat, quam magna fuerit valde, ut inde liquet, ubi demensa, de coniuio vxoribus & concubinis eius, quarum numerus fuit circa septingentas, fidem: At Christus in tenero corpore suo nihil voluptatis, nil oblectationis habuit totus doloribus, penitis ac liuoribus plenus. Verum oppone Christi pennis delicias Salomonis, ut magis ad compassionem mouearis: vide quantum differat sedere & pendere, in mensa sedero, & in cruce pendere: in modo sedere preciose vestitum, in cruce pendere nudam: in mensa ferculis & cibis referta conuiuari, & in cruce sitiare, nec praeterquam fel & acetum aliud gustare aut habere: in mensa cantores & cantarices, & omne genus musorum, & quicquid latificat animum, audire: in cruce inter angustias mortis, derisores contumeliosos lacescentes, & quicquid contristare posset, pater. Quanta haec sit differentia, nemo est, qui ignoret. Salomon in omnibus sensibus delectabatur: Christus per omnes sensus affligitur. Salomoni quicquid cibus inferebatur, triginta maldi simile, sexaginta maldi farinæ, triginta pingues boues, centum arietes, praeter ea quæ ex venatu offerebantur, & altilia, tantam enim habuit familiam. At mundi creator & dator cibi Dominus noster, solus peperit in cruce, in qua tanquam in veru corpus assatus in cibum seruorum suorum, sanguisque eius in potum effunditur, tamen habuit vnicam guttam aquæ, qui vinum & aquam cunctis prouidebat, abundantiter. Porro quantæ voluptatis in sensu tactus Salomon potitus in mille mulieres, quarum fouebatur complexu, probant. At Dominus noster quam voluptatem senserit in tactu, testantur clavi ferrei, manibus pendibusq; infixi, corona spinea, vulnera & liuores flagellati cruentis corporis, durum lignum crucis in dorso, Rex Salomon ab omnibus fuit laudatus, cuncti, qui aduenerant, eius magnificentiam, opes, statumq; regium admirabantur. At pius Iesus ab omnibus fuit derisus, adeo ut vilissimis quibusque populo subannare, illudere, caputq; in illum mouere licet. Nam milites quoque diuidentes Christi vestimenta, illi parabant derisionem, quasi darent illudentes. Rex est maximus, vestimenta eius nos regia habebimus, ones ditabimur ex præmia.

Derelictio
Christi in
cruce qualis
fuerit.
Matth. 27.

In istis itaque doloribus ac penitis omnibus dum ex omni parte, in omnibus sensibus ac membris queretur, & nusquam haberet vindicationem refrigerium recipere, clamauit ad patrem: Eli, Eli, lamaz adolu-

Pater

1. Para. 29.

3. Re. 9.10.

Matt. 27.
Eccl. 2

poenarum
Christiad
Salomonis
delicias
comparatio

3. Reg. 4.

3. Reg. 11

3. Reg. 10

Ioan. 19

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pater quoq; Domino Iesu consolatione, vt humanitas nihil quod ad penæ pertineret mitigationem, quomodo martyres receperunt, susciperet. *Vt quid* Psal. 30.
dereliquisti me? Quomodo factus sum tibi tanquam abortiuus, projectus,
mortuusq; à corde? Non autem à Patre tantum derelictus est, sed etiam à se-
ipso. Vociferabatur enim verba hæc non solum persona Filij ad Patrem, sed
humanitas quoque ad diuinitatem, anima Christi ad verbum, natura huma-
na ad personam diuinitati unitam. Nam quomodo una est operatio Patris &
Fili; idemq; consensus, ita una fuit etiam hic consolationis subtractione. Idem
igitur erat dicere, Vt quid pater me dereliquisti; & *Vt quid ego dereliqui*
me? Fuit autem verborum sensus huiuscmodi, quasi diceret: *Quomodo a-*
mor adeò me superauit, vt propter miseram, vilem & ingratam creaturam,
in tantum me projeci cruciatum & in tam ignominiosam mortem? Hæc au-
tem verba Dominus exclamauit. Cur clamauit? Nonne Pater vel desideriū Clamoris
æquè ac clamorem intelligit? Clamauit vt audiatur. Tot millia ibi hominū Christi in
erant, quos audire voluit atq; attendere. Quasi diceret: Qui habet aures audiēt quæ. cruce ratiō
audiat. Ita hic nos attendere voluit, in quantā calamitatem & desolationē, Lucæ 8.
nostri amor ipsum præcipitauerit. Ascenderat namq; in altum, vt ab omni-
*bus videretur: clamauit vt à nemine non audiretur: addidit quoque lachry-*mas, vt homo compungeretur atq; compateretur. Sic enim Deus (dicente Euā- Ioān.*
gelista) dilexit mundum, vt filium suum unigenitum daret: vt omnis qui credi in illū
non pereat, sed habeat vitam eternam. Itaq; dum hæc dixisset, aliud mox verbum
dixit: Sitio. Verè stiebat Iesu, quia sanguis humorq; vniuersus ab eo manas, Ioān. 19.
illum exiccauerat: non tam præcipue ob corporalem sitim hoc clamabat Sitis Christi
verbū. Præuidebat enim sibi sc̄ienti non potum præbendum refrigerati- corporalis
um, sed fel & acetum, eitisc; inimicos, propterea soluendos in risum ex hu- vnde causa-
iusmodi illusione. Volebat igitur aliam suum indicare, amoris scilicet, quam
sitibundo nos desiderio amaret. Quomodo enim sitiens propter æstum cupit Sitis Christi
potum in se trahere, ita ipse amans, nos in cor suum trahere optabat: hoc est, spiritualis
desideria, cogitationes, affectus, omnesq; animæ nostræ vires interiores. Ita quā vehe-
amabat enim, quasi felicitas sua penes nos foret constituta, cùm nullo omniū mens fuerit,
egeat. Nos verò absq; eo esse non possumus, tantum abest vt illo non egea-
mus. Quod igitur nos amat, ex sola eius bonitate manat atque misericordia.
Nos verò illum amamus etiam ex necessitate. Quamobrem ipsius amor, ve-
rūs est, puta, amor amicitiae, quo non solum sua, sed seipsum quoque impen-
dere optat nobis. Quod etiam vt possit, hoc est, vt non tam misericorditer
quam iuste possit, meretur, id est, ineritum operatur in nobis, cui se debeat.
Propter hanc sitim & propter æstum amoris, quo se in penas offert propter
nos, passionem suam calicem vocavit. Quando ergo dicit, *Sitio*, intelligi vo-*luit dicer: Quamuis calicem passionis* ô Pater ebiberim, quem mihi ebiben-
dum præbunsti, adhuc tamen sitio, adhuc plura pro hominibus pati deside-*ro, si paternæ id tuæ placuerit voluntati. Porro si hoc verbum vt Iudeis lo-*
centus sit accipimus, nihilo secius eius desiderium exprimit patiendi. Emisit
hoc verbum quasi diceret: Ea quæ in prophetis & psalmis de me scripta
sunt, præcipue in psalmo xxi, impliuitis atq; consummata sunt, nisi quod
psalmo sexagesimo octavo de me scriptum est: Dederunt in escam meam fel, &
in siti mea potauerūt me aucto, adhuc implendum restat iuxta literam. Videtur Psalm. 65.*

236 IOAN. LANS. CARTHVS. THEOREM. XXVI.
autem sic loqui, quasivoluerit Iudeos in memoriam, quid de se scripsi fuisse
reducere.

I E S U S - U T I N E X T R E M I S V I T A E C O N S I
in his siti aruerit, felle atque acetato potatus sit.

Articulus
de siti Iesu
notatus di-
gnus.

Exod. 16.

Num. 20.

Ingratitu-
do Iudeo-
rum quanta

Exod. 13.

Circa hanc Christi sitim non incongruè huiusmodi articulus formatur: Is qui Iudeos ut potaret sitiens, aquam Hæc petra eduxit, qui quis idem aquas amaras, ne præ siti deficerent, immisso ligno dulcedidit atq; potabiles, in extremis vitæ constitutus atque siti arescens, non habuit qui aquæ sibi guttam porrigeret, habuit verò qui fel acetumq; ministrat sitiens. Hic articulus quamvis ut sermone deduceretur singulari, non dignus foret, paucis tamen ut intelligatur, potest explicari verbis: idcirco hunc eundem sermonem artabimus. In Exodo legimus, quomodo dum pulus Hebræorum pro aquæ penuria murmuraret siti laborans, eduxerunt per Mosen Dominus aquam de petra in Raphidim refocillaueritq; siti borantes. Simile quid in Numeris legimus, quomodo sitiens eosdem aqua de petra in deserto Syn educta, refecerit. Vide igitur nunc, quantam suu ha benefactori Iudei ingratisudinem repandant. Sitiebant illi, & bis ipsi de minus, quo eos molestia leuaret, aquam de petra eduxit sitiensibus. Neque nim pietas eius diuina admittere portuit, siti populum suum diutius affligrinum miraculo etiam illi prouideret, ut petra arida profunderet aquam. Sciebat quidem futuram Iudeorum erga se ingratisudinem, qua postmodum annos erat retaliandus, puta ut quomodo illis aquam, quæ naturaliter modo obtineri non poterat, è petra eduxit, ita illi postea in cruce sitiens, num à pijs hominibus sibi datum ehibentes essent subtracturi, aquam incidentes negaturi, fel & acetum ministriaturi. Licit enim acetum à militi referatur Christo propinatū, Iudeis tamē acceptū referendū est, quicquid persecutionis Christo in illorū gratiam irrogatum est. Vide etiam quam appositè pro beneficio persecutionem, malumq; pro bono ingratisimi redire runt. Cum Hebræorum g̃ns in Marath ad aquas sitiret amaras, proprius quod nemo illis per amaritudinem posset vti, ostendit eis lignum: quo aqua immisso, versæ sunt in dulcedinem. Eadem nunc gens congrua solitaq; sita ingratisudine respondens Christo sitiens, liquorem quemvis potabilem subtrahit, felleum ministriat: Hæc inquam quamvis præsciret Dominus, nihilominus tamen in deserto ijs sitiensibus, querulantibus, atque adeo plorantibus, potum dedit.

Precatio pro Dei perfecta dilectione.

Christe Iesu misericordissime & clementissime, per amorem tuum immenso obsecramus, & per cunctas miserationes tuas, aufer a nobis omnem proutum vitiosumq; amorem, & tuo nos amore potentissimo fermentans, aple ut fedeat nos cuiuscunque gaudijs, quod est sine te, & delectet nos omnis laetitia est pro te: in nulla re aliud queramus nisi te: & plenissima fide & dilectione nos astringentes & relinquentes, projiciamus in te, qui es benedictus in secula Amen.

Dl